Ecce radix yesse ascendet in salutem populorum R
Ipsum gentes deprecabuntur ⁊ erit nomen eius
gloriosum. V Deus a lybano veniet ⁊ sanctus
de monte umbroso ⁊ condenso. Ipsum. R Docebit nos
dominus vias suas ⁊ ambulabimus in semitis e-
ius Quia de syon exibit lex ⁊ verbum domini de ihe-
rusalem. V Venite ascendamus ad montem domini et
ad domum dei iacob. Quia. R Egredietur virga de
radice yesse ⁊ flos de radice eius ascendet Et erit iusti-
cia cingulum lumborum eius ⁊ fides cinctorium re-
num eius. V Et requiescet super eum spiritus domini
spiritus sapientie ⁊ intellectus. Et erit R Ecce dies ve-